

ac tuæ, nec accedunt unquam, non comptæ infinitis et pulcherrimis observationibus.

Species plantarum tuo jussu edam, si vixero, proximâ æstate; ibi reperies tua nomina, tuam autoritatem, non modò in *Daphnes* speciebus, sed et in reliquis plantis, quas communicâsti tam liberaliter. Si sic haberem plures adjutores, opus in longè majus excrevisset volumen; sed datur tantum unicus de SAUVAGES, qui candidè competat.

Accepi tractatum tuum, *de Lue Bovinâ*, qui à piratis Anglis fuit captus et effractus, sed ab Anglis mihi candidè restitutus; nunc, veste latinâ indutus imprimitur Stockholmiâ in 2^{do}.

Mox, cùm tuas acciperem, dixi hoc Academiae Regiæ, Floræ volumen tuæ, quæ jussit Secretarium, me præsentî, scribere et simul quòd tibi grates haberem pro amicitia tuâ; adeoque nunc certò, Membrorum catalogo es insertus.

Flora Zeylanica * non est diligentius; sed genera

* Le professeur HERMANN, de Leyde, qui avait été envoyé à l'île de Ceylan et aux Indes, pour y étudier les plantes à épices, étant mort peu de temps après son retour, ses collections furent à la veille d'être perdues. Heureusement elles tombèrent entre les mains de Gunther, pharmacien de Copenhague, qui, voulant connaître le nom des plantes renfermées dans ce précieux herbier, l'envoya d'abord en Hollande; mais comme on lui répondit que le seul Suédois Linné